

DEDICATIO.

Quas jure quodam Vestro, tanquam Vestras postulare possetis, eadem officiosissimæ, *Viri Illustres atque Munifici*, offeruntur primitiæ: Immemor antè mei ero, quam non persentire, quanto honore me affeceritis, dum, in Celeberrima Vestra Academia, in eam me adscripsistis Facultatem, quæ ipsi præ reliquis Academiis maximam peperit celebritatem.

Hominum forem ingratisissimus, ni publicè profiterer, gratissimum fuisse, dum mihi illam Medicinæ partem obtulistis pertractandam, qua, in Alma hac Academia, primùm *Petrum Pavium*, dein *Ottonem Heurnium*, postmodum *Adrianum Falcoburgium*, denique *Johannem Hornium*; & tandem *Carolus Drelincurtium* Collegam honorandum, immortalitati donatos novimus.

Gratiam & habeo & habiturus sum immortalem; Microcosmi contextum stupendum & mæandros admirandos altius perlustrandi potestatem mihi esse concessam; quodque & hætenus tam bene ces-

DEDICATIO.

fit, ut quotidie adhuc magnos Auditorum numero, ex variis Europæ tractibus, me cinctum videam, quoque in stadio, labore contendam improbo, & animo perseveranti, connitar tam diu, quam spiritus artus meos irrorabit.

Hæc itaque, in humillimæ observantiæ gratique animi mei testimonium, fuscipite primitias, & alia, sed majora, brevi expectate. Hæc interea ad patrocinii Vestri aram suspendo, ut me illo favore protegeretis, quo soletis devotissimos. Vivite, *Mecænates Optimi*, Orbis, Urbis & Academix bono diu superstitites, ut, vestrâ benevolentia, provocata Musæ moliri quid possint, seculis profuturum.

Illustriss. Nobiliss. & Amplissimorum Nominum Vestrorum

Cultor devotissimus

ANTONIUS NUCK.